



**Ivsti Baronii Veteracastrensis SS. Th. Et I. V. D.  
III[ustrissi]mo Arch[iepisco]po Moguntino à Consilijs.  
Epistolarvm Sacrarvm Ad Pontificem Max. Et Amplissimos  
Cardinales &c. Libri VI**

**Baronius, Justus**

**Mogvntiae, 1605**

Epistola V. III[ustrissi]mo Et Rev[erendissi]mo D.Cæsaribaronio Sorano S.  
R. E. Cardinali Ivstvs Baronivs Veteracastrensis S. III[ustrissi]me &  
Reu[erendissi]me D[omi]ne.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70614](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70614)

& tui etiam ipsius iuuandi causa efficere potero, id omni tempore promptè ita effecturum, vt te etiam non minimumà me diligere intelligas. Benè vale. Deus verò te suis magis magisque indies augere benedictionibus dignetur. Romæ die 3. Martij. M. DCIII.

EPISTOLA V.

ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> D. CÆSARI BARONIO Sorano S. R. E. Cardinali

IUSTVS BARONIVS VETĒ-  
racaſtrensſis S.

Ill<sup>me</sup> & Rev<sup>me</sup> D<sup>ne</sup>.

**A**CCĒPI facultatem S. Inquisitionis Romanæ, tua mihi opera impetratam, pergratam sanè illam mihi, atque antiquissimis exemplis, si de ratione taceam, corroboratam. Ita enim <sup>a</sup> Plàto palam in Legibus suis: Poëta inquit, præter ciuitatis leges & iura, item honesta & bona ne quid composito, & quod composuerit, ne cui priuatorum ante ostendere fas esto, quam iudicibus super hac re constitutis legum custodibus ostensa ea approbatag. Ita <sup>b</sup> Valerius de Numæ libris: Eos <sup>b</sup> Val. Max. quia aliqua ex parte ad dissoluendam religionem pertinere videbantur, L. Perulius Prætor Urb.

<sup>a</sup> Lib. 7. de legib.

<sup>b</sup> Val. Max. lib. 2. cap. 10.

*Vrb. ex autoritate Senatus per victimarios igne facto, in conspectu populi cremavit. Ita denique<sup>c</sup> Laertius (quæ singula etiam<sup>d</sup> Lipsius noster observavit) de Protagora: Libros eius Athenienses in foro combusserunt, per praconem eos à singulis qui habebant, colligentes. Quamobrem quod in hoc Sanctum Ecclesiae institutum tam mordaciter, ut solent, hæretici invehuntur, insaniunt, nec aduertunt illud Apostoli:<sup>f</sup> Profana & inaniloqua deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum ut Cancer serpit. Et illud alterum:<sup>g</sup> Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Nimirum hæc est illa<sup>h</sup> amara colocynthis, hæc<sup>i</sup> mors in olla, quam filij Prophetarum gustare non poterunt. Cæterum illud quod facultati meæ conditionis loco in textum reperio, de mittendis semper nouorum librorum foetibus in urbem, non satis assequor. Aut enim Italico more scriptum est, aut de grandibus solum voluminibus, quæ posteritatis memoriam expectant, accipiendum. Nam in subitis & extemporaneis scriptionibus nostris, quæ ut orbes ac patinæ in oblatrantes intempestiuè canes, ita illæ in subito incurstantes hæreticos iaciuntur, nescio vtrū cautelæ tantum aut curæ requirendum sit:*

cum

<sup>c</sup> Lib. 9. in  
Sita Profan-  
ger.  
<sup>d</sup> Libr. ad-  
uers. Dialo-  
gist.

<sup>e</sup> Franc. Iu-  
nius præfa-  
ndicio ex-  
purgat.  
<sup>f</sup> 2. Tim. 2.  
17

<sup>g</sup> Tit. 3. 10.

<sup>h</sup> Galen. li.  
6. simplic.  
medicam.  
<sup>i</sup> 4. Reg. 4.  
4. 8.

cum & hic diligentia nihil ab ordinarijs  
 censoribus prætermittatur: & mea illa *πα-*  
*νοματα* (de meis enim loquor) nihil sint  
 aliud, quàm <sup>k</sup> *Hemeroby Hypanici*, aut <sup>l</sup> *her-*  
*bulae solstitiales*. Sed tamen quia <sup>m</sup> *obediẽtiam* Plin. li. ix. cap. 36.  
*meliozem scio victima*, & in dubijs securio- Plaut. in pœnul.  
 ra præferenda sunt, libellum Elencticum m. Reg. 15.  
 quem iam ab reditu in *Hunnum Pseudoitu-* 22.  
*bilæ Wittebergensis* promulgatorem ador-  
 nabam, abdicare potius, atque in alienum  
 quasi nomen, in alienam familiam transde-  
 re, quàm vel minimum à præscripto supe-  
 riorum exorbitare malui. Tu vale Ill<sup>me</sup> Do-  
 mine, ac me nihilominus hoc dubio solue.  
 Mogunt. Non. April. M. DCIII.

EPISTOLA VI.

ILL<sup>mo</sup> ET REV<sup>mo</sup> D. ROBERTO  
 Bellarmino S. R. E. Cardinali, Archie-  
 piscopo Capuano

IVSTVS BARONIVS VETERA-  
 castrensis S. P. D.

Ill<sup>me</sup> & Rev<sup>me</sup> D<sup>ne</sup>.

MIRABLEM *Præscriptionum* mearum  
 casum! quæ tam longinquis oris va-  
 gatæ, tam incertis authoribus ad te delatæ,  
 nullum